

*DISPUTATIO JURIDICA
DE
SEQUESTRO.*

*QVAM
DIVINÂ ANNVENTE GRATIÂ,*

PATROCINANTE

VIRO

*MAGNIFICO, NOBILISSIMO, AMPLISSI-
MO, CONSULTISSIMO ATQ; EXCELLEN-
TISSIMO*

*DN. GEORG-ADAMO Struben/
JCTO AC PROF. PUBL. FAMIGERATIS-
SIMO, ACADEM. H. T. RECTORE, CONS.
LIARIO SAXONICO, DICASTERII PRO-
VINCIALIS ET SCABINATUS
ASSESSORE,*

*DN. PATRONO, PRAECEPTORE ATQ; PROMOTORE
SUO, OMNI HONORIS AC OBSERVANTIE CUL-
TU ÆVITERNUM COLEND.*

In AUDITORIO JURIDICO

*PUBLICE VENTILANDAM
PROPONIT*

AD DIEM XXV. MAJ.

Eratz Harbordt von Wintheimba

J E N Æ

Excudebat CHRISTIANUS LAURENTIUS KEMPFFIUS

IN NOMINE
DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

Proœmio.

Alcibiades, cum ab Atheniensibus, è Sicilia, ut ad objecta sibi crimina responderet, citaretur, dixisse fertur: *Siculum esse litigare, cum fugere possis.* Replicantibus amicis, Annon patriæ de se judicaturæ consideret? Respondit: *Ne matre quidem crediderim; metuendum enim, ne fors imprudens, albi calculi loco, nigrum submitteret.* Plutarch. in Vit. Alcibiad. Novit vir prudens, incertum esse litium exitum, certas curas, certas expensas. Non absimiles enim videntur litigantes Chymicis, qui laboriosè querunt lapidem, donec omnia dilapidant. Vid. Besold. in Thesaur. Practic. Voc. Alchymie. Hinc verè Stephan. à Nathen. in Justit. Vals. Curat. par. 2. tit. 2. c. 4. ex Simon. d. Pratis. Litigature opus esse saccō, plenō pecunia, patientia & Juris. Non unica enim hic expensa est: quotidianæ summulæ, quæ temporis progressu, ultrà quam quis computet, augentur: ita, ut dum credita petuntur, propria perdantur. Hac perpendens Martialis.

Et judex petit, & petit Patronus,
Solves, censeo, Sixte creditorio.

Unde etiam est, quod nec Prætor improbet factum ejus, qui tanti habuit re suâ carere, ne propter eam scœpius litigaret. Hac enim, inquit, verecunda cogi-

A 2 tatio

tatio ejus, qui lites exsiccatur non est vituperanda.
l. 4. §. 1. de alien. jud. mis. causa. Cum verò rerum hu-
manarum conditio, ut ab omni planè lite abstinea-
mus, non patiatur, Grot. de Jur. bell. & Pac. lib. 1. c. 2.
n. 8. & lib. 2. c. 23. n. 13. idē ad refrenandam partium
malitiam, & ne pendente judicio res litigiosa dilapi-
detur aut alienetur, & ita per frustrationem alterius,
judicium elusorum reddatur, varia à jure introducta
sunt remedia; quorum in numero cum non ulti-
mum sibi vindicet locum SEQUESTRUM, ejus ma-
teriam hac vice, annuente D E Ø, pro ingenii tenuita-
te, brevibus tractandam assumpsimus. Sit igitur

THES. I.

Ethymo-
logia.



Equestrum Modestinus dictum putat,
quod occurrenti, & quasi sequenti eos, qui
contendunt, constitutur. l. Sequester 110. ff. de
Verb. Sign. A sequendo igitur (non, ut alii, à
secundo, quod sequester litigantes quasi fecer-
& dirimat,) deducitur. Et quidē, alii ita appelle-
latum volunt, quod fidem sequestris utraq; pars sequatur. Gell.
lib. 20. c. 11. Modestinus autem d. l. quod sequester partes seu litigatores
sequatur, earumq; voluntatem approbet, atq; ita qua-
si ultrò partium contendentium voluntati & de se conceptæ
fiduciae occurrat. Cuiac. & Suev. ad d. l. 110. de V. S. Add. Gædd.
ad rubr. repet. in tit. X. de Sequestr. possēt. & fruct. n. 6. Vincent.
Caroc. Tr. de Sequestr. part. 1. q. 2. Sequestrum namq; non est,
nisi tertius voluntatem partium acceptet, & munus sequestris
in se suscipiat. Clid. Tr. de Sequestr. c. 1. n. 5. & 6. Petr. Greg. Tho-
lof. in Synt. jur. Univers. lib. 23. c. 3. n. 5. Sequestri verò & Seque-
strationis vocabula, quamvis à se invicem ut jus à facto di-
stent, usus tamen,

Quem penes arbitrium est & vis & normaloquendi,
hodiè ea confundit. Gædd. d. l. n. 3.

TH. II.

TH. II.

Homony.

Non uno autem modo vox sequestris accipitur, I. enim *mias.*
 idem est, quod media persona, sive conciliator qui dissidentes
 partes ad pacem reducere curat. Sic Moyses. Ego, inquit, se-
 quester & medius inter vos fui, & D E U M. Deut. V. vers. 5. &
 Tertull. de Christo Salvatore. Hic sequester D E I atq; homi-
 num, *Lib. de Resur. Carn.* II. Idem est quod custos sponsionis,
 apud quem duo sponsione certantes, rem eā lege deponunt,
 ut præmii loco victori tradatur. I. 17. S. f. & l. seq. ff. *Prescr.*
Verb. Cujac. ad d. l. sequester. de V. S. Exemplum habemus apud
 Virgil. *Ecclog. 3.* III. Denotat eum apud quem res litigiosa,
 donec de eventu litis constet, deposita est: *d. l. 10. l. 6. l. 7. ff. de-*
pos. *Nobil. atq. Excell. Dn. D. Hahn. Preceptor & Patronus meus*
devenerandus in not. ad Wes. d. t. n. 6. Alio planè in significatu
 sequestris voce utitur Cicero, quando ait: Quō sequestre in
 ipso judice corrumpendo est usus? it: Jam id quoq; ad cor-
 rumpendum judicium pertinet: Sed quid opus erat ad eam
 rem judice sequestre? *in Orat. pro Client.* & *in Verrem. In pro-*
œm. Qui aut sequestres, aut interpretes corrumpendi judicii
 solent esse. Quibus in locis, & alibi apud Ciceronem, sequester
 denotat eum, apud quem pecunia corrumpendi judicii aut
 tribuum ergo deponebatur, ut suffragia obtinerentur. *Alex.*
Scot. appar. lat. ling. b. verb.

TH. III.

Appellari Sequestrum, (olim Sculna qs. Seculnana, di- *Synonym.*
 cūm, ut *ex P. Lavinio libro de verbis soridis refert Gellius l. 20.*
c. 11. Germanice Hinterlegung) vulgò etiam solet arrestum,,
 (Kummer) adeò ut hanc & Sequestri doctrinam multos peni-
 tus confundere testetur Berl. *Concl. 73. n. 2. & 3.* Hinc etiam
 part. 1. *Diff. jur. Civ. & Sax. Christophori Zobeli. diff. 44. n. 8.*
 tradit Bernh. Reinhard. Nihil ea inter se differre, nisi sono, &
 vocabulis, quod Sequestrum vox Latina, arrestum autem sit
 vox Gallici idiomatis. Idem de voce sequestri, saximenti, &
 arresti scribit Sigism. Scaccias *de Judic. lib. 1. c. 38. n. 1.*

TH. IV.

Differunt tamen hæc duo remedia, I. *Genere*, Seque- *Seque-*
 strum, A 3 strum,

quomodo strum enim depositio quædam est, *I. b. ff. depos.* Arrestū est quasi
differat realis quædam citatio sive manuum injectio & impedimen-
ab arre- tum, ne res aut persona à loco vel statu suo moveatur; *Gail.*
Tract. de Arrest. Imp. c. i. n. 2. & 15. Gadd. ad d. rubr. de Sequest.
sto?

2. poss. n. 20. **II. Objecto**, Sequestri enim objectum est tantum
res litigiosa, *d. l. 110. de V. S.* Arresto detinetur, quæcunq; res,
ita, ut nobis invitis ex loco illo, negotiō nondum sotipō au-
ferri non possit. *Clud. d. Tr. c. 2. n. 6.* **III. Fine**, sequestrum
fit causa custodiae: Arrestum autem hunc in finem interpo-
nitur, ut arrestatus debitum solvat. *Gail. d. l. n. 15.* **IV. Modo**
procedendi in arresto enim tria renovatio requiritur,
Carpzov. in Juriss. Rom. Saxon. part. 1. Const. 30. def. 1. n. 7. in-
sequestro non item. *Berl. d. Concl. 73. n. 6.* **V. Effectu**, Se-
questrum enim tantum fit ad avertendum periculum, & sui
juris conservationem, *Gud. Pap. Decis. 246. n. 4.* Arrestum
autem etiam hanc ob causam interponitur, ut creditor arre-
stans pignus Prætorium & jus prioritatis consequatur *Berlich.*
part. 1. conclus. 74. n. 140. Carpz. all. loc. & l. 4. resp. 35. n. 2. Rauch-
bart. part. 1. q. 4. n. 1. Coler. de proc. exec. P. 3. c. II. n. 51. & 53. Frequentius verò est ob affinitatem à sequestratione ad arresta-
argumentatio, eò usq; firma & concludens donec diversitatis
ratio manifestatur: uti monet Mævius *tract. d. arrest. c. I. n. 26.*

T H. V.

Quomo-
do à depo-
sito?

Dictum Th. præcedente, sequestrum esse speciem depo-
siti. Est enim depositi vox nomen generis, cuius sunt duæ spe-
cies, Sequestrum, & depositum in specie ita dictum. *Bachov. in*
not. ad Wes. tit. depos. n. 6. Differt igitur à deposito: I. quod
depositum sit cuiuslibet rei; Sequestrum autem tantum con-
sistat in re litigiosa *d. l. 110. de V. S.* II. Depositum fieri possit
ab uno; Sequestrum non nisi à pluribus. *I. b. ff. depos. Wesemb.*
in π. tit. depos. n. 6. Sequestrum enim fit, cum res in contro-
versiam deducitur; ut igitur unus secum controvertere ne-
quit; ita nec unus sequestrare poterit. Tertius igitur eligitur
apud quem consensu utriusq; vel etiam judicis autoritate
res deponatur. III. Quod depositum rei communis, quili-
bet

bet depositum censeatur pro sua parte: Sequestrum autem unusquisq; in solidum. l. 17. pr. ff. depos. Clud. d. Tract. c. 2. n. 12.
IV. Depositarius possit restituere depositum deponenti, etiam eō invitō: Sequester non nisi decisā lite, aut justā causā interveniente. l. 5. §. 2. ff. deposit. Caroe. q. 5. princip. q. 5. Clud. c. 10. n. 47. Differre etiam volunt nonnulli in eo, quod depositum sit tantum rei mobilis, Sequestrum etiam immobilis Treutl. Disp. 26. th. 8. lit. C. item, quod in sequestratione, maxime voluntaria, possessio transferatur; in deposito non. Quae tamen differentiae nullae sunt, cum nec à deposito res immobiles penitus excludenda, nec sequestratione, licet voluntaria, possessio transferatur, de quo Th. 24.

4.

TH. VI.

Quomodo ab aliis affinib⁹ remediis. Affinis etiam sequestrationi est, missio in honorū possessionem ex primo decreto, item præceptum de non alienando, nec non pignoratio Imperii, à quibus tamen, quomodo differat, tradunt Clud. d. c. 2. n. 15. & seqq. Gædd. c. 1. n. 19. Coler. d. p. 3. c. 11. n. 10. Sichard. ad C. d. prob. sequestr. n. 11. Illud tantum de inhibitione sive præcepto de non alienando notabimus, quod, cum illa sit minus sequestratione, & ipsa pars litigans rem & ejus administrationem, alienatione tantum inhibitā, retineat. Clud. d. l. n. 23. Ideoq; facilius illa inhibitio decernitur, quam sequestratio, nec regulaprohibitæ sequestrationis ad inhibitionem pertinet. Coler. d. process. execut. part. 3. c. 11. n. 12. Unde etiam Carpzovius lib. 1. respons. 19. n. 16. scribit. Curias provinciales in Electoratu Saxon. acquiescere inhibitionibus nec ad sequestrationem facile procedere. Præterea sciendum, quod sequestratio quando non habet locum peti possit, ut res, in quibus aliquid juris quis habet, aut habiturum se confidit, describantur per l. 1. §. pen. de ventr. in poss. mitt. l. 15. de reb. aut. jud. poss. Bartol. ad tit. C. de seq. poss. Sich. & Gilken. ibid. Vid. etiam text. in l. pen. §. ult. ad L. Falc. & Anton. Fabr. C. L. 4. t. 3. d. 1. & 4. Intelligendum verò hoc de descriptione, quæ fit sine injuria possidentis, ut si fructus describerentur, non verò perveniendum ad injuriosam, quæ secreta patrimonii revelentur, ut monet Bl. ad eund. tit. C. per l. 2. C.

2. C. quand. & quib. quarta. Quod incommodum detegendarum facultatum, averti, & tamen finis & scopus res salvas habere jus petenti, potest obtineri sigillatione ostiorum, auctoritate judicis facta. *Rurg. Ruland. p. 4. l. 4. c. 5. n. 5.*

T H. VII.

Definitio.

Expositâ Ethymologiâ, Homonymiâ, item quomodo ab iis, quæ Sequestro affinia sunt, differat, sequitur definitio. Est autem Sequestrum depositum rei litigiosæ, apud tertium custodiendæ & lite sopia reddendæ, *l. 6. ff. depos. l. 110. de V. S. Magnif. Dn. Preses Exerc. 16. th. 26.* Perez in prælect. ad C. tit. de prob. pecun. sequestr. Similiter sequester definitur in Eccl. Balaclorū his verbis: Μετρισυτής ἐστι μερίως ὁ τινι πλοιοι εἰς ὀλόκληρον παρέθεντο πεῖγμα ὅπῃ δύλω ὄρεω οὐ φυλάξαι καὶ διαδέναι. i.e: Propriè sequester est, apud quem plures in solidum rem deposuerunt, certâ conditione custodiendam & reddendam. *Lib. 14. tit. de sequestr.*

T H. VIII.

Divisio.

Constituitur Sequestrum, vel publicâ authoritate, vel privatâ partium conventione, & voluntate *Matth. Wesemb. in Comm. ad C. b.t. n. 5.* Hinc aliud est voluntarium, quod & conventionale, item extrajudiciale vocatur, aliud necessarium, alias judiciale. *Gadd. de Seq. poss. c. 1. n. 80.* Prætorium enim non est species à judiciali distincta: Mixtum verò quod Rebiffus tradit, non videtur admittendum. *Clud. c. 3. n. 5.* Voluntarium est depositum rei litigiosæ, quod partium conventione fit. Necessarium, quod à judice ex causa justa decernitur. *Magnif. Dn. Preses d. l. Varias definitiones affert & refutat Gadd. d. l. n. 81. & 82.*

T H. IX.

*Personæ,
qua pos-
sint seque-
strare.*

Sequuntur nunc personæ, quæ possunt sequestrare, & apud quas sequestro res ponî potest. Sequestrare autem possunt sequestratione voluntariâ omnes, qui sunt sui juris, & rerum suarum administrationem habent. Hinc **Paterfamilias**, (uti & **Materfamilias**, *arg. l. 1. de Reg. Jur. l. 6. C. de revoc. don. l. 8. C. de pact. convent. tam super dor.*) quin sequestrare possit,

sit, dubium nullum est, cum enim alienatio rerum suarum
ipsis sit permissa, l. 21. C. Mandat. omnino & sequestratio con-
cedenda. Sed & filius familias (attentâ tamen peculiorum
distinctione, vid. Magnif. Dn. Pref. Exere. 7. th. 5.) sequestrare
potest. l. 18. ff. de Judic. l. 19. ff. depositi. item Prædo & fur. l. 1.
§. 39. ff. Eod. Nec obſt. l. 31. Eod. Non pupilli, cum rerum sua-
rum administrationem non habeant, nisi cum tutoris autho-
ritate, pr. Institut. de aut. Tutor. multò minus infantes
ne quidem cum tutoris autoritate §. 8. §. 10. Institut. de Inut.
ſtipul. Non prodigi quibus bonis interdictum est. l. 2. C. de
Cur. furios. l. 5. §. 9. de Reb. Eor. qui sub tut. Non extremè
ebrii: mortuo enim & furioso equiparantur Can. sane 7. C. 15.
q. 1. Can. venters. Dist. 35. Non servi l. 33. ff. depos. Nec obſt.
quod possint deponere l. 1. §. 27. ff. Eod. Per depositum enim,
jus Domini, uti in sequestro, deterius non redditur. Seque-
strum porro judiciale magistratus competens decernit. Add.
Rutger. Rulant. d. commissar. p. 4. l. 4. c. 5. n. 5.

TH. X.

Sequestrari potest res litigiosa, non solum penes libe- Apud quæ
rum hominem, sed etiam servum l. 1. §. 18. l. 21. §. 1. Deposit & sequestra-
filium familias l. 1. §. 42. l. 21. pr. ff. Eod. Etiam pupillum l. 1. §. ri possit.
15. ff. Eod. Apud ipsum quoq; judicem, (modo ex rei conditio-
ne sit aptus ad sequestrationis administrationem clem. un. de
Seq. fruct. ibid. Gæd. n. 65.) in causa in quâ judicaturus est. l. 11.
§. 1. ff. ad Exhib. l. 11. §. 2. ff. de recept. arb. Caroc. quest. 5. pr. q. 3.
n. 3. & 4. Aliquando si cum aliquâ partium contendentium
haberet inimicitias, aut, factâ sequestratione, affinitate jun-
geretur parti, potest mutari sequester. Sichard. in C. b. t. n. 16.

TH. XI.

Materia sequestrationis, est omnis res litigiosa, non tan- Materia
tum mobilis, sed & immobilis, e. 2. & 3. & de Sequestr. poſt. &
fr. Nam & hæc tradi potest, l. 2. §. 2. l. 8. de Att. Empt. & custodi-
ri. l. 1. §. 1. Commod. l. 11. de per. & Comm. rei Vend. & eædem
distrahi possunt, ac propter bona immobilia frequentius me-
tus armorum incutitur. Ord. Cam. p. 2. t. 21. pr. Opponi po-
tissimum

B

Lisfimum solet l. s. C. Quor. appell. non recip. Ubi exsecutore excedente modum sententiae, interposita contra exsecutorem appellatione, si lis fuerit de re mobili, illa interim apud sequestrem deponenda est; Si vero lis fuerit de re immobili, fructus percepti tempore appellationis vel post appellationem, interim dum tractatur causa appellationis, sunt apud sequestrem deponendi. Quam distinctione non videtur fuisse opus, si praedia aquae ac res mobiles sequestrari possent. Verum considerandus recte casus, qui in d. l. s. proponitur. Nimirum, cum sententia in rem judicatam transferit, & exsecutio instituta, presumitur appellatio malitiosa esse facta, in eum tantum finem, ut appellans interea lucretur fructus arg. l. 2. C. de fals. Quia tamen licita est appellatio respectu excessus, & modi executionis: ideo fructus tantum praedii, qui ut sequestrantur necessitas hoc casu exigit, non ipsum praedium, ratione cuius lis omnis per rem judicatam est solita, deponitur apud sequestrem. Non igitur, quod in d. l. s. habetur de casu, quando ab exsecutore qui modum excessisse dicitur, appellatum est, ad alios casus sequestrationis est extendendum. Gedd. ad d. Rubr. n. 10. Dissentit Car. p. 3. q. 9. Giphon. ad l. un. C. de prohib. pec. sequ. Donell. lib. 24. Comm. c. 4. Job. Honor. von Alex. com. jur. can. b. t. n. 5. 6. Non tantum corporalis, sed & incorporalis uti servitutes, & alia jura corporalia, l. i. pr. depos. Ordin. Camer. part. 2. tit. 21. §. Ob auch in obberishyten etc. Gedd. d. l. n. 13. Non tantum allodialis, sed & feuialis arg. clem. un. d. sequestr. poss. Clad. c. 8. n. 14. non tantum res, sed & ipsa persona, si de eis controversia sit. l. 3. S. f. de lib. exhibend. c. 8. d. restit. spoliat. c. 14. de sponsal. Quærer hic Car. rot. part. 1. quest. 6. princ. qu. 3. An cadaver hominis possit sequestrari? Et dicit, Angelum terribiliter tenuisse, quod sic. Rectius tamen negatur; tum, quia cadaver non est in commercio; tum, quia de eo lis nulla esse potest. Wesem. ad C. b. n. r. n. 7. Clad. c. 8. n. 17. Qui vero pro debito civili cadaver sequestrari posse asserunt, de arresto potius, quam sequestratione loqui videntur. Quamvis nec hoc admittendum, per Novi 60. c. 1. §. 1. l. 6. Et auth. item qui domum C. de Sepulch. Viol. Inter- est enim Reipubl. ut cadavera quam citissime sepeliantur l. 43.

a. rec

2. Personæ

d. relig. Carpz. J.R. S. part. 1. Conf. 30. def. 22. n. 2. Quare ita
dem hic posset, An valeat conventio, ut in casum non
secutæ solutionis, certa die facienda, vel ipse debi-
tor, vel omnia ejus bona officio judicis sequestrentur?
Et quidem in bonis & rebus debitoris hæc conventio facilius
admitti potest. *argt. l. 3. C. de Pign.* Si enim pactum de ingre-
diendo & acquirendo possessionem, propriâ authoritate cre-
ditoris valet, multò magis valebit contractus partium, de se-
questrando bona debitoris, mediante judicis officio, in even-
tum non præstata fidei. *Gilhauf. in Arbor. Judic. c. 10. §. 3. n. 32.*
Videtur enim hac conventione omnium bonorum hypothe-
ca contineri, ut ideò eō intuitu, ex eventu incipient quoq;
omnia litigiosa fieri. *Gædd. in Thesib. de Sequ. propositis. tb. 15.*
Quæ tamen sequestratio non necessaria, sed voluntaria erit.
Cum judicis officium, non ex sequestri illius natura, sed ex
placito contrahentium adhibeatur. *Idem in Repet. ad c. 1. X. de*
Sequest. posses. n. 113. Personæ verò ipsæ, hoc in casu sequestra-
ri non possunt. Non quidem exinde, quod nemo sit membro-
rum suorum dominus. *l. 12. C. de Obl. & Aet.* Et homine libero-
res plane indigna sit, ut ad factum præcisè obligetur *l. 72. ff. de*
Verbor. Oblig. Alias enim neq; obses dari, nec ad carcere statuunt.
Carpz. J.R.S. part. 1. Conf. 30. & part. 2. Conf. 22. def. 1. n. 9. Job.
Coppen. q. 49. n. 5. Gail. Lib. 2. Observ. 46. Sed potius, quia seque-
stratio non est nisi rei litigiosa: persona autem hoc in casu nō
est res illa, de qua litigatur sed potius, cum quā de rebus lis
intercedit. *Dissent. Clud. c. 5. n. 106.*

T H. XII.

Ut autem sequestratio judicialis locum habeat, causa re- *Sequestra-*
quiritur *J u s t a.* Regulariter enim, non solum jure Civili & *tio regu-*
Canonico prohibita est, l. un. C. de probib. pecun. sequestr. c. 1. X. laricer
de Sequest. poss. & fr. clem. un. Eod. Sed etiam Saxonico *Landtr. prohibita.*
Lib. 2. art. 17. & lib. 3. art. 73. Carpz. part. 1. Conf. 30. dif. 1. n. 11.
Et nititur hæc prohibitio summâ ratione. Commoditas enim
possessionis quæ magna est, *§. 4. vers. Commodum Inst. de In-*
terd. nemini est auferenda. l. 6. C. Unde Vi l. 7. C. ad L. Jul. de

Vi publ. c. i. X. Ut lit. pendent. Nimis namq; properè ante sententiam executio peteretur l. 1. C. de execut. rei judicat. Curt. Tr. de Sequ. n. 6. Gæd. d. Tr. c. i. n. 83. cum solitus semper judiciorum ordo servandus l. 4. C. de Sentent. & interloc. & nemo in possessione sit turbandus l. Unic. C. ubi de posses. l. ii. ff. de Vi & Vi arm. Henr. Canif. in tit. X. de Seq. poss. & fruct. n. 1. Oportet enim debitorem prius convinci, & sic deinde ad solutionem pulsari l. un. C. de prob. seq. pec. Dissentit Robertus, Cujacius, in Paratit. ad C. h. t. Giphani. ad l. unic. Eodem. t. & Peretz. in prelect. ibid. n. 2. qui dictam legem tantum ad pecuniam restringunt. Verum, cum ratio legis & æquitas, quæ suadet, ut probationes secum afferat, debitoremq; convincat pecuniam petiturus, æquè in aliis etiam rebus locum habeat, l. 2. l. 12. l. 16. C. de probat, quod & ipse Giphanius fatetur; non minus ad eas etiam d. l. extendenda erit. Nec obstat, quod urget Cujac. d. l. Sequestrationem quantitatis esse prohibitam, quæ corpus non habet, & ideo interverti non potest nec corrumphi. Corpus autem, cum corrumpi possit, ideo licitam ejus esse sequestrationem. Respondeo enim I. Ratio hæc non additur in lege. II. Nec quantitas hic accipitur pro re incorporali. Stolida enim aliàs esset ejus prohibitio. Unde II. nulla est hæc differentia inter quantitatem & corpus. Debitor enim, quantitatis, ita potest bona sua, quibus quantitas illa inest, dilapidare & dissipare, ut amplius solvendo non sit, & ita elusoriam reddat actionem. Alia dissentientium argumenta adducit & refutat Gædd. d. l. n. 85. & seqq. & Clud. c. 4. per tot. Quamvis, ut loquitur Gædd. in pref. Tr. de Sequest. ob quorundam ineptam dissensionem, in varium abusum, clarissimè reclamante justitiâ sequestratio sit abrepta, & quæ jure regulariter erat prohibita, usu imperitorum ferè esse cœperit licita, de quo etiam conqueritur. Gloß. in §. si quis alii Inst. de Inut. stip. Curt. h. n. 14.

TH. XIII.

Cum igitur Sequestratio (necessaria nimirum; voluntaria enim nemine dissentiente semper & ubiq; est permissa l. 39. de Acquir. posses.) regulariter sit prohibita, non immeritò

Q. U.

Q. Utrum ad casus expressè in jure non decisos, sed similes & graviores extendi debeat? Negat Wesemb. Cons. 7. ex eo, quod sit odiosa, ideoq; non extendenda. Contrarium tamen veritùs videtur: Nam etiam in odiosis ex identitate rationis permissa est extensio arg. c. prima autem. §. sed quia, 2. Feud. 24. l. 24. ad L. Aquil. Casus enim non videtur diversus, ubi diversitatis ratio adsignari non potest. arg. l. 5. ff. de fidejus. & ratio legis, mens legis est, l. 6. §. 1. ff. de V. S. Gadd. c. 3. n. 10. Unde etiam Bachov. an sequestrationi locus sit, nec ne, judicis arbitrio relinquendum existimat. ad Trent. Dis. 26. tb. ii. lit. B.

TH. XIV.

In casibus autem in quibus sequestrum locum habeat, determinandis, nimium quantum variant Dd. Nobis, certior sit, quæ per causarum enucleationem, quam casuum enumerationem procedit doctrina, potiores ad certa causarum genera revocare placet.

TH. XV.

Sit igitur I. Causa METUS ARMORUM, & quidem 1. quando utraq; pars de re ejusq; possessione litigat, eamq; ad se pertinere contendit; partium vero jura sunt obscura, & iuste timetur, ne in arma litigantes prorumpant. arg. l. 13. §. exquisitum 3. ff. de Usufruct. Bachov. ad Treutl. Dis. 26. tb. ii. Gilb. in arbor. Judic. c. 10. §. 3. n. 18. v. g. si uterq; litigantium se heredem esse contendat, & neuter possideat. Si enim alter possideat, sequestratio locum non habet, sed judex mandare tenter, sub aliqua formidabili poena, parti non possidenti, ut possessorum non impedit in sua pacifica possessione, nec ipsum quandocunq; turbare presumat. Alexand. Trentacing. Lib. 3. resol. 12. n. 4. Berl. Concl. 73. n. 106. latè Caroc. part. 1. quest. 6. pr. quest. 6. 2. Si de monentanea possessione lis fuerit, orta, & præsens subsit periculum armorum. Ord. Cam. part. 2. tit. 21. §. f. Militat enim hic publica utilitas, quæ omnem armorum strepitum à Republ. & subditis remotum esse cupit. l. 13. ff. de offic. presid. l. 7. C. ad L. Jul. de Vipubl.

B 3

TH. XVI.

Causa I.
propter
quam Se-
questratio
coceditur
ad Metus
armorum

I.

2.

TH. XVI.

Causa II.

Metus fu-

ge.

I.

z.

Secunda causa est, **Metus Fuge.** Si I. reus conveniens immobilia non habeat, & de fuga suspectus sit, l.7. §.f. quib[us] sarisa cogunt. (*ubiq[ue] deponere apud officium s. officiales destinatos sequestrationi, est sequestrare Brisson. lib. 13. d. V. S.*) Bernb. Graevius, Lib. 1. Conc. 147. Mynsing. Cent. 5. Obs. 35. n. 4. Vel 2. habeat quidem, sed in loco periculoso, vel talia, quae non sufficiant ad debiti solutionem. Berl. Concl. 73. n. 3. quod procedit, etiam si dies vel conditio solvenda pecunia nondum extet. *Idem d. conclus. n. 28. Gilhaus. in arb. Judic. c. 10. §. 3. n. 15.* Nisi tempore contractus debitor talis fuerit, & creditor nihilominus sciens cum eo contraxerit. l.34. C. de Transact. Gail. lib. 2. Obs. 44. n. 5. Berl. d. l. n. 57. Quae vero personam faciant suspectam, tradunt, Gl. in l.7. §.f. qui satisd. cog. Jacob de Aren. n. 6. Gail. Lib. 1. Obs. 16. n. 7. Clud. c. 5. n. 29. Hunn. Encycl. part. 3. t. 12. c. 1. n. 15. & seqq. Q. autem hic, an necessè sit, ut omnia suspicionum indicia, quae à Dd. proponuntur, hic concurrant, an vero unum vel alterum sufficiat? Posterius affirmat Angel. de Perus. d. Tr. n. 5. Melius tamen videtur, arbitrio judicis hoc relinquendum, ut ex presumptionibus fugae verisimilibus, sequestrationem decernat. Clud. d. c. 5. n. 30. Vid. Scaccias. d. judic. L. 1. c. 38. n. 6.

TH. XVII.

Causa III.

Prodiga-

litas..

I.

Tertiam causam constituit **PRODIGALITAS ET DILAPIDATIO.** Si reus conventus propter dilapidationem & prodigalitatem vergat ad inopiam, Berlich. d. Concl. 73. n. 77. Propter hanc enim administratio bonorum iis admittitur. l.12. §. f. de Tur. & Curat. dat. l. 1. de Cur. fur. ne alias judicium reddatur elusorium. arg. l. 6. de dolom. Hinc I. Sequestratio conceditur, si maritus bona sua dilapidet, & uxor sit furiosa, l. 22. §. 8. Sol. matr. Si enim furiosa non sit, uxori potius ut verae dominae dos est restituenda. Jacob. de Aren. n. 3. verb. certorum Clud. c. 5. n. 23. Gilhaus. in arb. Judic. c. 10. §. n. 3. 20. Sapientiamen, etiam si uxor non sit furiosa, sequestratio dotis coacceditur, ne uxor forte ex rebus repetitis quid corrumpat, & in alios usus dotem convertat. Sequester vero curabit, ut in utilitates

lites rei familiaris fructus dōtis impendantur, c. per vēras
de donat. int. Vir & uxor. Gail. 2. Obs. 83. n. 18. Mævius ad Ius' Lu-
bec. Lib. 1. tit. 5. art. 11. n. 42. Similiter, quando parentes prodi-
gi & obērati, liberis propter bona adventitia cautionem ido-
neam præstare nolunt aut non possunt, vel per istam liberis
satis non consuluntur, ea sequestrantur, aut liberis restituun-
tur, patre interim de usufructu assécurato. Jason. in l. si con-
stante ff. solur. matrim. n. 198. Job. Andr. addit. ad Specul. tit. de don.
inter vir. & ux. §. f. in fin. Mæv. d. l. n. 43. Quod ampliatur,
etiamsi maritus aliō quocunq; modo ad inopiam vergat. l. 24.
pr. Sol. matr. l. 29. C. de Jur. dot. Gail. 2. Obs. 53. n. 3. Metus au-
tem dilapidationis hic non sufficit, Græv. Lib. 1. Concl. 147. n. 2.
quod tamen idem limitat, n. 3. Nisi res immobilis agenti &
sequestrationem petenti specialiter hypothecata sit. II. Si
post appellationem à sententia interpositam, fructus quis
populetur & distrahat. c. dilectus 2. §. de Sequest. poss. & fr. c. 3.
Eod. In dolo enim esse videtur, qui pendente lite consumit
fructus, quos ad eventum litis conservare debebat. Alex. Tren-
tacing. Lib. 3. ref. 12. Quod quidem faciliter conceditur (etiam
ante interpositam appellationem. Id. d. l. n. 6. §. considera-
Curt. de Sequ. n. 9.) si distrahens non sit solvendo. **Quid ve-**
rò si aliás solvendo sit? Distinguit Curt. d. l. cum Ang. Aret.
ita: aut fructibus utitur eō modo, quō ante appellationem, &
non conceditur sequestratio; cessat enim tunc præsumptio
contra eum ex dilapidatione. Aut dilapidat eos, dissipat, & de-
populatur; Et sequestrum decernetur; Etiam si aliás solven-
do sit; propter præsumptionem sententiæ, quæ est pro acto-
re, & contra appellantem, & propter sinistram suspicionem,
quæ oritur ex dilapidatione, ultrā morem solitum. Nec suffi-
cit dicere, quod sit solvendo, quia ipsi fructus principales de-
bentur, & magis fortè Domini interest, eos habere, quam-
eorum estimationem. Trentacing. Lib. 3. ref. l. 12n. 16. §. contra
banc Cardinalis. Pertinet etiam ad hanc causam casus
in Clem. un. de Seq. poss. & fr. III. Locum habet sequestratio
in casu l. 16. de off. præsid. Quando nimurum aliquid est abla-
tum præsidi, vel ejus familiæ, tunc enim, ne aut judicet Præ-
ses

2.

3.

ses in facto familiæ suæ, aut res interea, dum facultatem agen-
di non habet, dilapidetur & pereat, sequestratio conceditur.

4. Angel. de Perus. d. l. n. 5. Referri huc IV. potest casus, si sit
controversia de re tempore peritura. Hæc enim vendi, & pre-
mium loco rei sequestrari potest. l. 20. C. de Agr. & Censit. l. f.
ff. de requir. reis Gail. lib. 1. Obs. 148. n. 2. Ubi dicit, ita in Ca-
mera pronunciatum. Dicuntur autem res tempore periturae,
sive, quæ servando servari non possunt, quæ ultra triennium
in naturali suâ bonitate sine corruptione conservari neque-
unt. Berl. d. Concl. l. 73. n. 13. Adde Scacc. d. judic. l. 1. c. 38. n. 9.
& 10. ubi docet quando quis sit suspectus de dilapidatione.

TH. XVIII.

- Causa IV.** Quartam causam præbet MALITIA ET CONTUMA-
malitia, CIA PARTIS. I. Non comparentis c. 2. X. de dol. ex Contum.
partis Propter contumaciam enim missio in bonorum possessionem
I. nō com- conceditur, c. quoniam 5. vers. in aliis X. ut lit. non conteßt. c. tuæ.
parentis. 3. Eod. multò magis sequestratio arg. c. 2. X. de dol. mal. Si-
chard. ad l. un. C. de prob. pec. seq. n. 7. Gilhaus. in arb. Jud. c. 10.
n. 13. Peretz in C. Eod. n. 3. Diss. Goëd. c. 1. n. 106. & multis seqq.
II. Cau-
tionem præstare recusantis. e. g. de conferendis
tionem bonis, l. 1. §. 10. ff. de coll. bon. vel solvendo fideicommisso aut
præstare legato. Sichard. ad C. de prob. seq. pec. n. 7. quo etiam pertinet
recusantis casus, si orta fuerit controversia inter dominum & colonum,
de dominio rei, & colonus recuset cautionem præstare de fru-
ctibus, l. 20. C. de Agric. & Cens. qui textus licet loquatur de
adscriptitio, procedit etiam in simplici & partiario colono.
Carot. part. 2. quest. 2. prin. qu. 17. Jac. de Aren. n. 3. Non obſt.
1. 25. ff. Loc. Dissent. Goëdd. c. 2. n. 33. & seqq. qui dictam legem
III. Ab de voluntaria sequestratione accipit. **III. Ab executione**
Executio- **sententia, quæ transitum fecit in rem judicatam, ap-**
ne appel- **pellantis.** l. 5. C. Quor. appell. non recip. Quamvis enim lite
lantis. pendente regulariter nihil sit innovandum t. t. C. ut lit. pend.
attamen hoc in casu sequestratio permissa est; Habet enim
actor qui sententiam obtinuit, jus jam quæsum, nec amplius
de meritis causæ principalis queritur, Clud. d. c. 5. n. 6. Hinc
mali-

malitiose præsumitur interpolita appellatio, moranda solum modo executionis gratia. argt. l. 2. C. ad L. Corn. de falf. Franc. Curt. d. Tr. n. 7. Ponit & alium casum Vinc. Caroc. part. 2. quest. 2. princ. q. u. Si nimirum reus sit magnus (uti vocat) barattator i.e. litigitor, quem casum summo pere dicit commendare Guidonem Papæ. Conf. 123. in f. IV. Debitum, quod fisco IV. Debitum debetur, non solventis. Propter debitum enim fiscale, in- tunc fisco carcerari quis potest, l. 3. C. de exec. rei jud. E. multò magis bo- non sol- na ejus sequestrari possunt. Guid. Pap. Dec. 61. n. 2. Gail. lib. 2. ventie. Obs. 44. n. 1. Gilhaus. in arb. Jud. c. 10. §. 3. n. 29.

T H. XIX.

Ultima nunc sequitur causa, SINGULARE NIMIRUM V. Causa PARTIS PRÆJUDICIUM, Unde conceditur sequestratio, præjudici- I. Si duo de Jurisdictione loci vel hominum, ejusq; possessio- um partis. ne vel quasi contendant, & interim accidat, quod alter ex eis aliquem, ex illis hominibus capiat, vel quid ejusmodi faciat, per quod alteri parti præjudicium fiat; Tunc enim injungitur sequestrum, ut ille captus interea apud tertium aliquem detineatur, & sententia de illo feratur sine præjudicio alterius. & ita in Cam. responsum in causa March. Badens. contr. Ducem Wurtenb. 10. Sept. A. 1537. Sic etiam si pendente lite super ju- risdictione inter aliquos, interea subditus occidat alterum, potest occisor interim capi, & sequestrari apud tertium Juris- dictio, qui homicidam capite plectat ne lite pendente delicta maneat impunita. & sic observatum in Camera in causa March. Brandenb. & civitatis Norimb. die Freisliche Obrigkeit betreffende cui refertur in Gylmanni symphorem. Tom. 3. voc. seque- stratio. II. Si mulier de nimia mariti sævitia timeat, ita, ut absq; periculo viræ, marito securè cohabitare non possit. c. ex literis 13. x. de resit. spoli. c. ex transmissa 8. Eod. Perez in Cod. h.t. Nec enim sibi relinquitur mulier, nec marito restituitur, sed matronæ, quæ omnino sequestra videtur, custodienda datur, rectius sane, quam curatori, ut censem Treutler; cum periculo sum sit, (ut Bachovii verbis utar) ovem committere lupo, & curatori, qui alterum in possessione turbaret, & ipse fructus, pro quibus restituendis nulla cautio præstari potest, percipe-

C

ret.

ret. *Bach. ad Tr. Disp. 26. tb. n. l.f. Diff. Gœdd. c. 2. n. 51.* putans, hunc casum ad arrestum potius, quam sequestrationem referendum. III. Si duo adolescentes virginem ambiant, & uterque matrimonium sibi promissum affirmet, *c. cum locum 14. de spons. & matr. c. ex transmissa 8. X. de rest. spol.* & timeatur ne violentia puellæ inferatur Trentacinq. *L. 3. Ref. 12. Gail. 1. Obs. 112. n. 15.* ubi formulam sententia de sequestrandâ puellâ refert *Grav. Concil. 112. confid. 1. n. 3.* Ubi assertit hanc sententiam diversa collegia, Tubingense, Lipsense, Jenense decisivis consiliis probare. Quod tamen limitat *Clud. d. c. 5. n. 40.* Ut procedat in eo, casu quando puella aut parentes non habet, aut propter vim metumq; parentum sequestratur. Alias enim eam parentibus potius relinquendam, quam sequestro ponendam existimat. *Add. Corasius arrest. parlam. Tholos. in memorab. casu matrim. annot. 20.* IV. Si virgo cuidam matrimonium promiserit, sed postmodum exceptionem metus, quasi coacta vel à parentibus vel à sposo consenserit, objicit. *c. cum locum 14. X. de rest. spol. c. sine 4. C. 33. q. 2. Gail. 2. Obs. 45. n. 7.* Vel si parentes puellam cogere velint. *Conf. Bauman. tr. d. sequestr. c. 3. n. 14. & c. 5. n. 1 Rutger. Ruland. part. 4. l. 4. c. 4. n. 16.* V. Si servus proclamat & sic dubium sit, an bona sint domini: tunc enim peculium sequestratur. *l. i. §. 1. de assert. toll. l. f. C. quib. ad lit. procl. non lic.* Et hi ferè sunt casus præcipui; quibus addendum, etiam extra præmemoratos casus sequestrationem locum habere in iis, in quibus consuetudine aliquâ loci, particulari, ea est introducta. *Clud. c. 5. n. 104.*

T H. XX.

Forma sequestrationis consistit in eò, ut res litigiosa tradatur cuidam, eum in finem, ut custodiatur & custodita vitori restituatur. *Gœdd. ad Rub. de Sequest. poss. n. 14.* Et quidem sequestratio voluntaria fit contractu reali, quò utriusq; partis consensu res ita sequestri traditur. *l. 6. l. 17. deposit.* Ut verò Sequestrum judiciale s. necessarium, (etiam in casibus permis- sis) locum habeat, præterea requiritur. I. Ut pars, in cuius quiritur. præjudicium sequestrum interponi debet, legitimè citetur. I. *Citatio. Berl. Concl. 73. n. 121. Clud. c. 6. n. 1. Curt. q. 7. n. 40.* Est enim seque-

sequestrum res magni præjudicii, ideoq; in eo præsentia parti-
um vel vera vel ficta necessaria est. *l. 47. de Re Jud. Hunn. in En-*
cycl. part. 3. tit. 12. c. 2 n. 2. Citatio autem, nisi probetur, non
præsumitur; est enim Solennitas extrinseca. Et quamvis pro
ju dice in dubio præsumatur, *c. sicut, X. de Sent. & re jud. l. pen-*
ff. d. Iust. & Jur. Hæc tamen præsumptio, tantum quoad ju-
stitiam juris, non etiam quoad justitiam facti, & ordinem
processus vera est. *c. quoniam. X. de probat. Gedd. c. 1. de Seq.*
posse. n. 136. II. Requiritur, ut judici, saltem sumariè, de jure
sequestrationem petentis fiat fides. *Alex Trentacing. lib. 3. ref. II. Sum-*
12. n. 5. Scacc. de judic. lib. 1. c. 38. n. 27. Berlich. d. 1. Præproperè *maria sal-*
enim nimis judex ad nudam assertionem petentis ad seque-
strum descenderet *Caroc. part. 3. quæst. 1. n. 5.* III. Ut actor *probatio.*
causam, ex qua sequestrationem petit, probet. *Clud. d. Tr. c. 6.* III. *Cause*
n. 10. Cum enim sequestratio regulariter sit prohibita, causa *probatio.*
non præsumitur, licet à principe sit concessa. *Id. c. 4. n. 49. We-*
semb. C. b. n. t. n. 11. IV. Ut judex cognoscat, an jus actoris *IV. Judi-*
sumariè saltem sit demonstratum, & causa sequestrationis, *cis cogni-*
sit justa. *Myns. 2. Observ. 11. Vid. Rutg. Ruland. de Commissar. part. tio.*
4. lib. 4. c. 4. n. 12. Notandum tamen hic obiter, tempore nun-
dinarum solennium, bona mercatorum sequestrari aut arre-
stari non posse. *l. un. C. de Nund. & Merc. Nov. 52. c. 1.* Ratio est,
ne commercia turbentur aut negotiationes, quas liberas
relinqui publicum commodum ac interesse suadet *d. l. un.* im-
pediantur. *Carpz. part. 1. Const. 30. def. 2.* Quod etiam obtinet
de jure Saxonico, per d. Constit. 30. §. *Wir wollen auch etc.*
Limitat tamen *Schulz.* 1. nisi huic privilegio sit renunciatum,
2. nisi debitum in ipsis nundinis sit contractum. *In Syn. Feud.*
c. 7 n. 120. & 121. Perez in C. tit. de Nund. n. 1. Q. autem hic
an etiam calumniæ juramentum sit inter requisita
sequestrationis referendum? Et quidem, quin in seque-
stro locum habeat, non dubito; quod auté requisitum quod-
dam, ad ejus concessionem sit, ita, ut absq; eo sequestratio de-
cerni nequeat, rectius negatur. Judex autem hic advertet, an
eo opus sit, an non, si enim causa, ex quâ sequestratio petitur,
manifesta sit, temerè juramentum non est interponendum.

Clud. d. c. 6. in f. Q. itidem, an ad esse sequestri requiriatur, ut res in judicium sit deducta? Affirmat Caroc. *d. p. 3. q. 6.* Verior tamen videtur negativa, *Rutg. Ruland. part. 4. Lib. 4. c. 4. n. 7.* Hæc si non observentur, sequestratio est illegitima, *Alex. Trentacing. 3. refol. 12. n. 6. Grav. concl. 6. n. 1. 2. Ant. Faber. C. b. t. def. 2. n. 1.* nisi periculum sit in mora, *Berl. d. concl. 73. n. 122. & 123.* Cæterum si legitime facta sit in prima instantia, subsistit etiam in secundâ *Caroc. part. 3. q. 46.*

T. H. XXI.

*Obligatur
sequester
(1) ad cu-
podiens-
dam rem.*

Sequester, qui rem litigiosam suscepit, obligatur, ut non tantum rem ipsam custodiat, ne deterior fiat, verum etiam dissipata & malè ablata revocet, fructus colligat, tempore perituros vendat, & omnia faciat, quæ in rebus propriis custodientis solet, *c. 2. X. de Seq. proff. argt. l. 5. §. 22. ff. Ut in posseß. legat.* Quid vero si ipsa res litigiosa, qua sequestro posita est, esset peritura, *anne & eam ipsam distracte sequester poterit?* Videtur omnino affirmandum. Eadem enim ratio in re ipsa, quæ in fructibus militat, *Clud. c. 11. n. 30. Q. item.* An, si sequestratione interpositâ, reus non habeat, unde se sustentare aut expensas litis persolvere possit, *litis expensæ, & alimenta ex re sequestrata ei sine suppeditanda?* Videbatur nihil largiendum propter dubium litis eventum, & quod nemo teneatur adversarii suum in se armare. *l. 1. C. de Eden. l. 7. C. de testib.* Verum, his nihil obstantibus, affirmativa verior est, *i. f. vers. nam si tales. C. de Ord. Cogn. argt. l. 27. §. 3. ff. de inoff. testam. l. 5. §. 3. ff. de Carbon. Edict. Curt. de Sequ. n. 10. Col. de proceß. exec. p. 3. c. 11. n. 6. Gilb. arb. Jud. c. 10. §. 3. n. 25.* tum, quia per sequestrationem, possessio ei non est adempta, ideoq; nec utilitas necessaria admenda; Tum quia revera dici non potest, hunc illius armis uti. *Vinc. Caroc. part. 3. q. 19. Clud. c. 10. n. 24. Gadd. c. 2. n. 54. Alex. Trentacing. lib. 3. ref. 12.* Ubi ex Salic. adducit simile in Monacho litigante, quia debet habere expensas litis & alimenta à monasterio, ne litem deserere, & ab eâ desistere cogatur.

T. H. XXII.

Ex hac vero custodia fuit, quod ipsi aliqualis potestas sit

rem



rem administrandi, & de ea disponendi. Hinc Q. an etiam
is, cui factum est Ecclesiae, vel juris Patronatus, aut
beneficii cui tale jus inharet, sequestrum, possit va-
cate sacerdotio praesentare aut conferre? Affirmamus
cum Anton. de Butrio ad c. 7. d. jur. patron. n. 11. Finckelthaus.
de. jur. patron. c. 5. n. 41. c. 6. n. 48. Scotano, in Exam. Jur. b.t. &
Coras. c. 3. lib. 3. Miscell. n. 15. & praesentatus ita a sequestro, post-
modum praesentatus censetur ab eo, qui aliquando obtinet in
causâ principali, & victor evadit. argt. c. 19. c. 27. d. jur. patr.
Finckelthaus. d. tr. c. 6. n. 52. Favor enim Ecclesiae, sicut alia
multa, ita & hoc extortis, ne rapaci alicui lupo, deficiente ju-
stâ pastore, ovile Christi pateret. c. ne pro defectu, 41. X. de E-
lect. & Elect. pot. Diff. Bachov. ad Treutl. th. 9. lit. D. Nec ob-
stat etiam c. quoniam, & c. cum propter 27. X. de Jur. Patrono.
Respondeo enim distinguendo. Aut jam vacante sacerdotio,
propter jus praesentandi vel conferendi lis inter plures patro-
nos orta est, & obtinet illud, quod in dd. capp. dicitur, au-
pendente lite super hoc jure, vacatio illa accidit, & officium
sequestris omnino requirit, ut in eo statu rem custodiat, in
quo acceperat: accepit autem cum sacerdotio non eô vacan-
te, itaq; ut non vacans reddat necesse est. Gadd. c. 2. n. 6. Quod
etiam obtinet, cum ex nova imperii constitutione, vice Re-
credentiae, uti ajunt, possessio alicuius territorii vel juridi-
ctionis esset sequestrata. Coras. lib. 3. Misc. c. 2. n. 16.

T H. XXII.

Tenetur sequester regulariter de dolo & lata culpâ. l. 32.
deposit. Carpzov. part. 2. Constitut. 28. defin. 17. n. 6. Levem cul-
pam praestat, si seipsum sequestro obtulit. l. 1. §. 35. ff. deposit.
si ipsi pro custodia aliquid datum fuerit. l. 5. §. 2. Commod.
Levisimam. Si in mora restituendi fuerit. l. 12. §. f. deposit.
censetur enim tunc esse in dolo, exindeq; ad quoscunq; causâ
obligatur. d. l. 5. §. 7. Commod. Quæritur hic, an etiam
invitus quis cogi possit, ut munus sequestris in se su-
scipiat? Affirmantes hac nituntur ratione, quod sequestris
officium videatur esse munus publicum, ideoq; etiam invitis

imponendum. per l. 214. de V. S. Verum negativa verior est, nisi summa aliud exigat necessitas. Gædd. in repet. Clem. unic. de Seq. poss. & fr. n. 25. Sequester enim obligatur ex quasi contractu, Caroc. quest. 5. pr. q. 4. n. 2. Nemo autem inyitus contrahere vel quasi tenetur. l. 16. C. de Jur. delib. Alex. Trentacing. lib. 3. Ref. 12. n. 6.

TH. XXIII.

Huc etiam pertinet an sequester possideat? Affirmat Angel. de Perus. Tr. de Sequest. n. 3. Azo in Summ. tit. de prohib. sequ. pec. n. 2. Cujac. in π. C. h. t. Wilhelm. Hanneton. d. ord. Judic. part. 2. c. 7. Alii distingunt inter Sequestrationem voluntariam, & necessariam, Curt. q. 20. n. 7. & 10. & ibi. alleg. Schneidw. ad §. 3. Institut. quib. mod. re contr. obl. Caroc. p. 1. q. 3. n. 2. qui unam ex principalibus conclusionibus in hac materia, asserit esse hanc, quod per sequestrum voluntarium possessio transferatur, secus per necessarium. Wef. π. tit. depos. n. 6. Qui tamen in Comm. ad C. h. t. in castra simpliciter negantium, descendere videtur. n. 13. Negant autem simpliciter Coras. L. 3. Miscell. c. 2. n. 15. Nob. atq; Excell. Dn. D. Hahn. in not. ad Wefemb. & in Tr. de Jur. Rer. th. 63. n. 7. Scotan. in Exam. Jurid. h. t. Gædd. c. 1. n. 120. & seq. Clud. cap. 9. Nisi expressè aliud actum sit. Pro quorum sententia facit. l. 39. ff. de Acquir. poss. l. 6. ff. depos. l. 3. §. f. de Acquir. poss. Accedit ratio: Est enim sequestrum, depositio quædam, depositio vero possessionem in depositarium non transfert. Tum, quia titulus transferendæ possessionis habilis non est, l. 6. ff. depos. tum quia omne depositum fit solummodo custodie caula. l. 1. ff. depos. Hinc etiam sequestris officium est, rem conservare; & quidem si in probatione sui juris actor succumbat, res sequestrata redibunt salva reo cum fructibus, & sequester medio tempore rei nomine possedisse intelligitur arg. l. 18. d. acq. poss. Coler. d. process. exec. p. 3. c. 11. n. 3. Animus igitur dominii sive rem sibi habendi, sine quo nulla est possessio, quest. l. 49. §. 1. ff. de Acq. poss. Et, quamvis de facto hunc sibi sumeret, causam tamen sua possessionis sibi mutare non potest l. 3. §. 19. ff. de Acquir. poss. alias enim, ut quisvis depositarius male rem pervertens, furti se alligaret.

l. 3. C.

I. 3. C. depos. l. 29. pr. ff. Eod. Quod adeo verum, ut nec posses-
sio per sequestrum transferatur, quod in locum missionis ex
primo decreto surrogatur. *Grav. concl. 5. Confid. I. n. 2.*

T H. XXIV.

Alexander Trentacinq. *Var. resol. Lib. 3. ref. 12. n. 2.* Tres
ponit casus. I. quando sequestrum voluntarium fit propter
inceritudinem possessionis, quolibet contendente se posside-
re. II. Si duo de possessione adipiscenda contendunt: & hisce
duobus casibus possessionem transferri statuit. Tertium po-
nit casum, quando sequestrum pro securitate creditoris inter-
ponitur, & hoc demum casu possessionem non transferri ex-
stimat. Verum nec in prioribus casib, concedendum videtur
possessionem transferri. *Quin & ipse Trent. in fine hujus numeri*
largitur, quod nec tunc perdatur effectus possessionis, quoad
*libellum, quoad onus probandi, quoad hoc, ut pro eo in du-
biō feratur sententia; quō ipsō quod antea negavit, concede-
te qf. videtur.*

T H. XXV.

Cum igitur Sequestrem, nisi à partibus expresse hoc
actum fuerit, non possidere constet, sequitur (1) sequestri, si
forte in custodia turbetur, non competere interdicta de tur-
bata possessione, vel spolio. Nemo enim id repetere potest;
quod nunquam habuit. *Gædd. c. 1. n. 172. Hilliger. ad Don. l. 15.*

*An seque-
stri com-
petant in-
terdicta
possessorie*

6.32. Dissent. Wesemb. Comm. ad C. b. t. n. 13. Sed quid? *Anne*
ei saltem competit remedium Can. redintegranda 3. q. 1.
& videtur affirmandum: hoc enim remedium datur omni, qui
de re aliqua f. mobili f. immobili vi dejectus est, sive cui alias
quovis modo, sine justâ causâ ablata res est. *Magnif. Dn. Pres.*
Exerc. 37. lib. 31. Clud. c. 12. n. 25. Officium etiam judicis implora-
re adversus turbantem & spolianteri poterit; & petere ut mo-
lestantem cohibeat, possessionemq; tueatur. *Grav. concl. 5. con-*
fid. I. n. 4. Sequitur (2) ex dictis, quod, si res ponitur in seque-
strum solum custodiæ causa, ex eo, quod res sequestretur, non
interrumpatur præscriptio sed continuetur *l. 39. ff. de acq. vel*
am. posses. modo ipse, qui antea possedit, postea vicerit. Mo-
lin. tract. 2. de Just. & iure. D. 523. n. 4. inf. *Quod si vero pos-*
sessio

fessio translatā in sequestrem, tunc interrumpitur præscriptio d. l. 39.

T H. XXVI.

(2) ad re-
ficien-
dam rem. Deinde tenetur ad rem, cum omni causa, finitā lite re-
stituendam Clem. un. de Seq. posseſſ. n. 152. Molin. de Just. & Jur.
tr. 2. th. 56. n. 3. dico, cum omni causa, h. e. cum omnibus fru-
ctibus commido & emolumento, quod ex ipsa re deposita,
tempore litis percipit, l. 9. §. pen. & ult. ff. ad exhibend. l. 5. §.
fructuarior. ff. suisus fr. petet. l. 20. ff. de R. Vind. l. 31. pr. ff. de reb.
Cred. Ideoque sequester non tantum illud, quod eō tempore
quo partes de re sequestrata in judicio disceptarunt, verūm
etiam, quod finitā lite post denegatam restitutionem, ex re li-
tigiosa percipit, restituere debet. Gedd. c. 1.

T H. XXVII.

Modi qui-
b9 finitū
sequeſt.
I. Finitā
lite. Regulariter itaq; finitur sequestrum, finitā per sententi-
am lite, l. 7. §. f. ff. qui satisd. cog. l. 9. §. Labeo. ff. de Agr. & Cen-
fid. Clud. c. 18. n. 35. Lis autem finita dicitur, si sententia tran-
sit in rem judicatam. Si enim per appellationem suspensa
est, aut suspendi adhuc potest sententia, durat sequestratio
nisi per actorem procrastinantem steterit, quō minūs debitō
tempore lis finiatur. Curt. q. 8. n. 65. Trentacing. Lib. 3. resolut.
12. n. 8.

T H. XXVIII.

II. Ali-
quando
nondum
finitā lite
ut: (1)
Relaxa-
tione. Aliquando etiam nondum finitā lite sequestratio fini-
tur, & res restituenda venit. I. relaxatione impetratā. Si
nempe sine legitima causa, & extra casus permissoſ fuerit de-
cretum. Sicut enītē judeſ facilis fuit, in decernendo, ita eo-
dem modo facilis in revocando esse debet. Gilhaus. in Arb. Ju-
dic. c. 10. §. 3. n. 11. Requiritur tamen hic præsentia partis ad-
versaſ, saltem ficta, nisi sequestratio concessa sit, alterā parte
absente, & non auditā. Clud. c. 10. n. 34. Pctitur etiam aboli-
tio & rescissio sequestri, imploratō judicis officiō; & quidem
superioris, aut si superiorē non habeat, aut aliās malit, ejus-
dem, qui sequestravit. Gedd. c. 1. n. 141. Is vero qui seque-
strum injustē impetravit, tenetur ad refusionem sumptuum
damnorū & interesse, Carp. p. 1. Conſt. 30. def. 21. Imò quod
magis

magis est, conveniri ejusmodi arrestator etiam poterit, à magistratu vel creditoribus aliis, quibus fortè detentio injusta nocuit, ut & ipsis damnum & interesse refundat. *Id. d. l.*

TH. XXIX.

Quid verò si judex sequestrans deneget suum officium, anne appellationi erit locus? Et quidem de jure Canonico res videtur esse in aprico, cum eō jure, etiam à quovis gravamine appellare vel supplicare sit permissum. *c. cordi 1. & c. concertationi 8. de Appell. in VIto.* De jure civili, dubium inde oriri posset, quod interlocutoria videatur ejusmodi sententia; instar sententia de possessione late, à quā non appellatur. *l. 7. C. Quor. appell. l. 21. C. de Appell. l. 36. C. Eod.* Verum, cum hæc sententia, principale hoc negotium, quod in judicium deducitur, plenè definit, & gravamen inferat irreparabile, pro definitiva habetur. *Perez in C. de Appell. n. 18.* Sententia enim interlocutoria definitivæ vim habens, à definitiva nihil differt. *Bart. in l. quod jussit ff. de Rejud. Gail 1. Observ. 130. n. 4.* quod & novissimè constitutum in Ordin. Cam. part. 2. tit. 29. §. und so von beyurtheil.

TH. XXX.

II. Tollitur Satisfactione. *l. 1. §. f. ff. qui satisd. cog. l. 16. II. Satisfactio in Off. præf. l. f. vers. quod si C. de Ord. Cogn. Conf. Sichard. datione. ad C. b. t. n. 15. Ratg. Ruland. d. p. 4 l. 4 c. 5. n. 36. & seqq.* Hinc etiā satisfatio, vocatur medicina sequestri; quæ tamen nō recipitur, si per eam causa, ob quā concessa est non tollatur. *c. ex transmissa 8. & c. literas 13. inf. 8. de rest. spol. Clud. c 10. n. 4.* Hinc, si sequestratio concessa sit propter scandalum, satisfactionem, utpote, quæ malevolum propositum non mutat, §. novissime *Inst. de Suspect. tut. non recipimus. Goedd. c. 3. de Seq. poss. n. 16.*

TH. XXXI.

Quæri hic solet, an admittatur etiam juratoria cau-
tio, ad relaxandum sequestrum, si alia præstari ne-
queat? Respondemus cum Myns 2. Obs. II. Distinguendo inter
personam eam, quæ probatæ est existimationis, & vitæ inte-
gritate conspicua, & eam, quæ de fidei observatione est suspe-
cta,

ta, quæ forte cum Wenceslao illo Metoschwa in hæc verba
prorumpere non erubesceret. Totum mundum fuco uti: Cum
vulpibus vulpinandum esse. Pueros nucibus, viros juramen-
tis esse fallendos, &c. Illam admittimus, hanc non, *Auth. ge-
neraliter C. de Epist. & Cler. Carpz. J. R. S. p. i. Conſ. 30. def. 20.
n. 4. & 6. Grav. Concl. 78. Conſid. i. n. 2. Bart. ad l. 4. C. de Uſur.
n. 6. Gail. l. i. Obſ. 148. n. 6. Coler. d. P. 3. c. ii. n. 94. & ſeqq. He-
ring. d. fideli. c. 15. n. 31.*

T.H. XXXII.

**III. Renun-
ciatione
ſequeſtri.** III. Finitur, Renunciatione ſequeſtri. Poteſt enim re-
nunciare Sequeſter, ſi justa cauſa interveniat, *l. 5. S. f. ff. depoſ.
Curt. q. 3. n. 27.* Ubi tamen magistratus decreto opus eſt, qui,
quæ justa renunciationis cauſa ſit, determinabit, *Clud. d. c. 10.
n. 42. Add. Coler. d. P. 3. c. ii. n. 9.*

T.H. XXXIII.

**IV. Exi-
dente co-
ſitione.** IV. Existente conditione vel veniente die, in quem re-
litigiosa ſequeſtri eſt tradita, *S. f. Inſt. quib. mod. toll. obl.* Hinc
ſi actori terminus præſtitutus, ut intra illum de re ſequeſtrata
tā ageret; actor verò non agat intra eum diem, ſequeſtratio
revocabitur, *Sicard. in C. b. t. n. ult.*

T.H. XXXIV.

**Quid ſe-
queſtri à
litiganti-
bus pre-
ſtandum.** Diximus de obligatione principalis; quæ ſequeſter te-
netur. Vicissim verò etiam litigantes obligati ſunt ſequeſtri.
1. ob damna ratione ſequeſtri illata, *argt. l. 61. S. 6. ff. de furt.
Gædd. c. 1. n. 171.* Naturā enim æquum eſt, neminem cum alte-
rius detrimento fieri locupletiorem. *l. 14. ff. de Cond. indeb.*
2. Ob impensas, necessariō vel utiliter in rem ſequeſtratam
erogatas. *l. 5. pr. l. 8. ff. depoſ.* Q. hīc, Anne ſequeſter ſala-
rium petere poſſit? Videtur dicendum, quod licet honora-
rium licite accipere queat, ſalarium tamen exigere non poſſit.
Repugnat enim hoc naturā tūm depositi, tūm ſequeſtrationis.
l. 1. S. 9. ff. b. t. Clud. c. 2. n. 14. Unde etiamsi ſalarium ſi hono-
rarium promiſſum fuerit, non tamen actione ſequeſtraria,
ſed extraordinaria perſecutione petere poſteſt. *Arg. l. 7. ff. man-
dat. Boer. b. th. 30.*

T.H. XXXV.

TH. XXXV.

Actio oritur ex sequestro, quæ depositi sequestraria l. 12. *Actio.*
S. 2. ff. *depos.* sequestraria simpliciter l. 9. § 3. ff. *de dol. mal.* item
 actio depositi l. 5. §. 1. ff. *depos.* vocatur; & quidem ex obliga-
 tione principalis ejus, qui sequestrum suscepit, datur actio
Directa, victori adversus sequestrem, ut rationes reddat, & *Directa.*
 rem cum omni causa restituat. l. 1. §. 24. ff. *depos.* Datur autem
 etiam actio hæc contra Pupillum, sine tutoris autoritate
 rem custodiendam accipientem; cum enim penes eum res li-
 tigiosa sequestrari possit, omnino etiam actio ex sequestro de-
 scendens, adversus eundem competit. *Clud. cap. ult. n. 9.* eate-
 nus tamen, quatenus est factus locupletior d. l. 1. §. 15. ff. *depos.*
 l. 1. §. 4. ff. *de pecul.* nisi doli capax sit, & dolum commiserit d.
 §. 15. datur etiam heredi, l. 1. §. 19. *depos.* ac contra heredem, l. 12.
 §. 2. l. 7. §. 1. ff. *depos.* Et quidem pro portione hereditatis, adeoq;
 si rei, quam unus herendum tenet, restitutionem petat victor,
 satisatio est præstanta idonea in hoc, quod supra illius he-
 redis partem est, l. 1. §. 36. *inf. depos.* Quid verò in hanc actionem
 veniat, dictum est th. 21. & 22. Ex obligatione accidentalis, **Contra-**
raria depositi sequestraria datur, ei, apud quem res litigiosa
 est deposita, vel ejus heredi, ad consequendum præsta-
 tionem damnorum, restitutionem impensarum l. 5. *pr. Comm.*
 Pro quibus consequendis reteptio ipsi conceditur *Gadd.* Nec
 obſt. l. f. C. *de Comp.* & l. pen. C. *depos.* R. enim illas intelligen-
 das esse, si aliud debitum cum deposito compensari intenten-
 tur: Secus si ex eadē depositi causa quid depositario debeatur.

Contra-
raria.

TH. XXXVI.

Q. hic an detur **contra sequestrem Rei Vindica-**
tio? & R. contra sequestrem quā talem, h. e. causam suæ pos-
 sessionis concedentem, non dari; Datur enim tantum **contra**
 rem nostram possidentem ut suam. l. 9. ff. *de Rei Vind.* l. 36. *Eod.*
§. 1. in. f. q. d. action. Si verò eam neget, violentus evadet pos-
 sessor, ideoque dabitur. *Magnif. Dn. Praes. Exerc.* 9. *tb. 13.* Sic
 etiam datur rei vindicatio non quidem sequestrantibus, sed
 aliis. d. tb. 13.

D 2

TH. XXXVII.



TH. XXXVII.

Errant etiam hic, qui asserunt, & doli actionem in sequestrem dari. argt. l. 9. §. oleum. ff. de dol. mal. Nullo enim verbo ibi dicitur, quod contra sequestrem doli actio detur: & doli vindicatio ipsi actioni depositi sequestrariae, ut quæ bonæ fidei est, ipso jure inest Gadd. c. 1. n. 168. Clud. c. ult. n. 34. Errant item, qui actionem præscriptis verbis dari putant, ad hanc enim non, nisi aliis actionibus cessantibus, devenitur l. 1. 2. & 3. ff. de præscript. Verb. Nec obst. l. 17. §. 5. præscript. Verb. Nam, ut rectè respondet Aleiatus ad l. 109. de V. S. n. 5. Sequester ille, de quo in d. l. alius est ab eo, de quo hic agimus. Addethes. 2. Neq; enim ab utrâq; parte annuli depositi fuere, nec de ipsis annulis erit controversia. Unde victori, quippe qui non deposuerat annulos istos, in quibus nullum jus tempore depositionis sibi asserebat, non poterat dari actio depositi: Attamen quia eâ conditione annulos acceperat iste sequester, ut victori traderet, sanè ad actionem præscriptis verbis configendi Donell. ad tit. de prescr. verb. cap. 2. n. 1. Alter se res habet in nostro sequestro: Hic namq; uterq; litigans est deponens l. 6. deposit. adeoq; quicunq; litigantium vicerit, illi dabitur actio depositi sequestraria. Magis videtur obesse l. 9. §. 3. ff. de dol. mal. Verùm, propterea ibi actione præscriptis verbis cum sequestre agendum esse dicitur, quod actio depositi sequestraria, ob nondum impletam conditionem sub quâ depositum, scilicet dijunctionem litis nondum secutam, non poterat locum habere. Secundum legem enim & conditionem, deposito sive sequestro adjectam, erat demùm lite finitâ sequester obligatus ad restituendum, adeoq; ante item finitam non erat locus actioni depositi sequestrariae: Quia verò iniquum esset Sejum re carere, cum Titius judicium nolit accipere; ideo recurritur ad actionem præscriptis verbis, quæ etiam aliâs, quando actio nominata non commode locum habet, instituitur Magnif. Dn. Preses Exercit. ad Pand. 19. th. 1. & 2.

TH. ULT.

Coronidis loco notes, eum, qui ex litigantibus sequestrationem

tionem judicis impedire, vel rem sequestratam quoquo mo-
do præsumperit occupare, jus, quod in re sequestrata fortè ipsi
competit, amittere. Clem. un. de sequest. possēs. vers. si quis au-
tem. Etiam si is putaverit sequestrationem non esse jure fa-
ctam: Quia pro judge præsumptio est justitiae. Gædd. in d.
Clem. un. n. 8. Hillig. Don. Encl. lib. 17. c. 2. l. A. Rutg. Ruland.
part. 4 l. 4. c. 5. n. 1. Verum pœnam istam hodiè non amplius
obtinere, sed alio modo secundum circumstantias ejusmodi
violentos invasores puniri, tradunt Clud. de Condiçt. furt. c. 12.

n. 15. & 19. Perez præl. in C. tit. unde vi n. 31. Bicus rer.

quotid. sect. 4. th. 185. & alii allegati à Magnif.

Dn. Præside Exercit. 37. th. 32.



Ptime WINTHEIMI, doct̄e spectami-
na mentis.

Edis, Doctorum quæ Schola tota
probat.

Grator, & hōscē tuos lātus collaudo labores:
Utzq; Tibi pariant commoda multa, pre-
cor.

Ut pacis fias fœlix faustusq; sequester,
faxit in excelsis, qui regit astra, D E U S.

Johannes Major D.

T E, stimulasse ferunt, Heros invicte, Trophæa
Milthiadis; fama binc claret in orbe tua.
D 3 Te

*Te stimulant itidem, quæ dat Themis alma, Tro-
pheæ;
Insequere, & voti postmodo compos eris.*

*Eximio Dn. Respondenti, Amico suo,
ex animo gratulatur*

**D. Erasmus Ungepaur Decretal.
P.P. & Collegii juridici Or-
dinarius.**

*Nobil. atq; Literatis. Dn. RESPONDENTI,
Fautori & amico meo singulari.*

Res magna est, si quis clarâ sit stirpe crea-
tus:
Sed major, niti virtute, experte sepulchri:
Maxima, si quem nobilitent virtusq; genusq;
Jure igitur gemino tua fama dec9q; manebit,
Antiquâ de stirpe genus quod nobile ducis,
Et sacri volvis sinuosa volumina juris.
Macte igitur gryphos legumq; resolvere no-
dos,
Sic meritæ referes largissima præmia palma!

Ita ex animo gratul.

**D. Christoph Philip Richter
Com. Pal. Cef. Prof. P. &
Facult. Jurid. Senior.**

WINT-

WINTHEIMI, augustæ Themidos lectissima
proles,
Pulpita dum scandis, Matrefavente, sa-
cra.,
Excipit ad plausu meritò Te Legifer ordo
Noster, nec renuit ter-triplicata cohors.
Ille brabea parat studiis condigna; coronâ
Immarcessibili mox teget hæcce caput.
Scilicet hoc meruit Virtus, meruere diesq;
Noctesq;, impensa tot, Dea-Diva Tibi!
Cumq; Viris, quos Belga colit, quos Gallica Tellus
Suspicit, hoc usus postulat intimior.
Comprecor: Euge tuos hos ausus redde J E H O V A
Proficuos, Patrie redde, Tibi simul.

Peregrinatio Domino Respondenti
gratulatur

Johannes Thomæ
J. U. D. & P. P.

STATIUS HARBORDUS AVVINDHEIM
JUR. U. LITA EST.

Mel' Avazéapua.
VIR, TUA SEDULITAS HIS, UT ROSA
MUNDA VIREBIT.

Evolutio.

UT rosa mellitò flores præcellit odore;
Sic nos sedulitas vincit, AMICE, tua.
Hinc,

Hinc, quæ Diva Themis, quæ dent, TIBI, vo-
ta Themistæ
Accipe, quæq; simul turba novena probat;
VIR, TUA SEDULITAS HIS, UT ROSA MUNDA
VIREBIT;
Exemplo hunc oculis siste, juventa, tuis.

*Hac Amicissimo suo Commensali debitis
honoris ac gratulationis
ergo deprop.*

M. Henricus Brummet
HAMBURG.

Vonmehr zum drittenmal den Rechten Thron bes-
schreiten/
Ist/warlich/nicht nimbonst. Du suchst die hohe
Bahn/ (an
Als grosse Leute thun / die dich gleich Wolken/
von hier aus führt. Du willst die Ewigkeit bestreiten.
wie e Götter derer Schwerdt die Frommen weis zu rä-
chen ;
Du Edle Themis du ! bist du nicht schon bemüht
zu seinem Purpurtut und einem Ehren-Lied ?
Ist diesem nicht also ? wie e wilst du gar nichts sprechen e
wol/ist versteht ich dich ; wer schweigt/west man
Ihn fragt/
das scheint so viel zu seyn/ als hab Er Ja ges-
agt.

Dieses segte aus Schuldigkeit seinem hochgeehrten
Herrn Tischpurzen und Stubengesellen

Christian Carl Schalling.

Erratum Typographicum.

Verba initialia th. VI. *Quomodo ab aliis affinibus remedio?*
deleantur, & scribantur in margine.


01 A 6620

ULB Halle
002 937 557

3



Vol. 17





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres
Inches

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19

45.

DISPUTATIO JURIDICA
DE
SEQUESTRO.

QVAM
DIVINÂ ANNUNTE GRATIÂ,
PATROCINANTE.

VIRO
MAGNIFICO, NOBILISSIMO, AMPLISSI-
MO, CONSULTISSIMO ATQ; EXCELLEN-
TISSIMO

DN. GEORG-ADAMO Struben/
JCTO AC PROF. PUBL. FAMIGERATIS-
SIMO, ACADEM. H. T. RECTORE, CONSI-
LIARIO SAXONICO, DICASTERII PRO-
VINCIALIS ET SCABINATUS
ASSESSORE,

DN. PATRONO, PRAECEPTORE ATQ; PROMOTORE
SUO, OMNI HONORIS AC OBSERVANTIE CUL-
TU AEVTERNUM COLEND.

IN AUDITORIO JURIDICO
PUBLICE VENTILANDAM
PROPONIT

AD DIEM XXV. MAJ.

Statz Garbordt von Wintheim.

JENÆ

Excudbat CHRISTIANUS LAURENTIUS KEMPFIUS.

